



## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Vita P. Iacobi Laynis Secundi Societatis Iesv Generalis  
Alphonsi item Salmeronis Vnius in primis decem Socijs**

**Ribadeneyra, Pedro de**

**Coloniae Agrippinae, 1604**

De natalibus, primisq[ue] adolescentiae studijs. Cap. 1.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11740**

ne-  
pri-  
con-  
  
DE  
I  
ne-  
pri-  
con-

# DE VITA I A C O B I L A Y N I S

Societatis I E S V Præpositi  
Generalis ab Ignatio  
Secundi,

LIBER PRIMVS.

ANDREA SCHOTTO Societatis eiusdem interprete.

*De natalibus, primisq; adolescentiis  
studijis.*

## C A P V T I.

 AC O B I L A Y N I S,  
Societatis I E S V Præ-  
positi Generalis ab Ig-  
natio Loiola secundi,  
vitam scribere iussus,  
à natalibus exordiar. Natus Almaza-  
ni, agri Segontini oppido, regni Ca-  
stellæ non incelebri: anno à Chri-  
sto nato C I C . I C . XII . parentibus  
A ho-

## DE VITA

honestis, reque bene lauta, Ioanne Layne, & Isabella Gomezia Legoenisi. Horum eximiam in Deum pietatem Petrus Faber vhus in primis decem Ignatij socijs, cum primo ex Hispania anno 1542. reuertit, literis ad Laynem, prædicat, gratulaturq; tales illum parentes nactum, quos si bi in pietatis studio, animorumq; salute paranda, dicto audientes compriisset. Mater recens à partu Segontiam versus animi gratia profecta, torrentem, qui imbribus nimium quantum creuerat, ipsa traiecit: iumentum verò, quo nutrix infantem gestans vehebatur, lapsu concidit: infans secundo flumine ferebatur. Auunculus itineris comes, equo calcaribus adacto, falcijs puerum nantem, vndis Moyfis exemplo extractum, matri penè exanimatè restituit: cui non minus iucundum accidit, conseruatum, quam natum solum: quod salutis certa lætitia sit nascendi incerta conditio. Maioretaque studio ad virtutem informandum parens curauit. Ut primum è pueris.

Exod 2.

pueris excessit, ijs litteris tinctus,  
 quibus ætas puerilis ad humanitatē  
 informari solet, Segontiæ & Soriæ,  
 quod in ipsis ferè Numantiæ ruinis  
 situm oppidum, missus dehinc à pa-  
 rentibus Complutum est, Gymnasiū  
 optimis Philosophis semper abun-  
 dans. Hic cito antecellere ceteris in-  
 genij gloria contigit. erat autem in  
 adolescentे præter docilitatem in-  
 genij, summa etiam oris, morumque  
 suauitas, ut non solum celeriter ac-  
 ciperet, quæ tradebantur, sed etiam  
 ab æqualibus quamuis superior a-  
 maretur. Decurso iam Philosophiæ  
 spatio, laureaque insigniri de more  
 cum vellet, nihil egit, dixitve super-  
 bius, neque candidatus suffragia, vt  
 fit, studiosè consecando captabat, vt  
 primum locum, vigilijs suis debitū,  
 (qui summæ illic laudi dicitur) ob-  
 tineret. Illud tantum: arbitros mo-  
 deste rogare, ex equo, & bono, nullo  
 amore, aut odio adducti rem discep-  
 tent. Modestię & illud argumentum;  
 cum infrequenti tum Academię cō-  
 uentu, Latine perorandum esset; ac-

A. 2.

cessit.

## DE VITA

accessissetque, qui iuuare in partem  
& vellet & posset, abnuit: Nolo, in-  
quit, alienis me plumis cornicula in  
morem venditare, conditione igitur tua  
non vtar, ne alieno labore disertus vide-  
ar, fucumq; faciam. In egenos iam tū  
adeo beneficus extitit, vt plus ino-  
piæ aliorum subleuandæ, quam vi-  
tui quotidiano, expensum tulisse,  
rationibus subductis, compertum  
fit. Compluto Lutetiam Parisiorum,  
quæ tum Academia liberalissimis  
studijs, eruditissimisque hominibus  
affuebat, cum discendi gratia, tum  
Ignatij videndi, cuius adhuc in Car-  
petanis fama vigebat, profectus, vr-  
bemque copiosam, & celebrem in-  
gressus, illum ipsum, non dubia Dei  
voluntate obuiam habuit, cuius cō-  
filijs studia, remq; familiarem mo-  
derabatur. Vsu verò & familiaritate  
adeò sibi illum Ignatius obstrinxit,  
vt pijs exercitationibus informan-  
dum se Iacobus, vt erat ad pietatem  
propensus, libens eidem tradiderit:  
quo de vita studiorumque optimo  
genere

IAC. LATNYS, LIB. I.

genere deligendo, & salute quæren-  
da mature constitueret. Triduum in  
hoc secessu cibis abstinuit: quindecim  
verò diebus pane, & aqua sine  
condimento contentus, in cœlesti-  
um rerum meditatione acquieuit. O-  
ratione adhæc, lachrymis, cilicio,  
atque flagellis usus, Deum venerans.  
precabatur, ut, quæ diceret, ageret-  
que, ad suam plurimorumque salutē  
vellet pertinere. Secundus itaque à  
Fabro Ignatijs se societati addixit.  
Peripateticæ Philosophiæ studijs,  
hortante illo, ex Aristotelis fonti-  
bus reuocatis, ad diuinam discipli-  
narum reginam, animum appulit.  
Hic assidue disputando, ut erat inge-  
nio acer, memoriaque singulari, fa-  
cile tum ostendit, fore ut magno Ec-  
clesiæ usui & ornamento esset.

*In Italiam profectus, quæ gesserit.*

C A P V T . II.

**E**VOCAT Ignatius Socios Lue-  
tia Venetas anno 1536. ut reli-  
gione obstricti in Palæstinam,  
ad CHRISTI vestigia Hieroly-  
mis